

Il discorso di Kamala Harris

De mirabili Kamalae Harris, Foederatarum Americae Civitatum propraesidis electae, oratione prima Democratarum senatrix suffragii mulieribus fautricibus potissimumque illis, quae tale ius feminis nigritanis impertiendum contenderunt, permagnas gratias solvit Nudius tertius, dum Donaldus Trump, pueris simillimus, in infitianda repulsa sua perseverabat Democratasque de ambitu strepitans dementer accusabat, Ioseph Biden, Foederatarum Americae Civitatum praesidens electus, Wilmingtoniae ad populum est contionatus. Eodem loco Kamala Harris, prima mulier ad Americae propraesidis subsellium designata, luculentam orationem habuit. Quae vero, doctissima Factionis Democraticae senatrix superioribusque temporibus generalis Californiae cognitrix, inter alia dicta suffragii mulieribus fautrices diserte commemoravit ac praesertim omnibus illis, quae eiusmodi ius feminis nigritanis impertiendum contenderunt, amplissimis verbis gratias egit. Mariam Church Terrell, Mariam McCleod Bethune, Franciscam (Fannie) Lou Hamer, Dianam Nash, Constantiam Baker Motley, Shirleiam Chisholm ad imitandas sane proposuit harumque ac cunctarum, quae pro paribus et aequalibus iuribus nisae sunt, humeris omnes mulieres Americanas insidere nimirum affirmavit.	Il magnifico primo discorso di Kamala Harris, eletta vicepresidente degli Stati Uniti d'America la senatrice ringrazia moltissimo le donne che sostengono il voto del partito democratico, , in particolare quelle che hanno lottato perché tale diritto dovesse essere dato alle donne di colore Tre giorni fa, mentre Donald Trump, come i bambini, continuava a negare il suo insuccesso elettorale, e accusava di brogli con clamore insensato il partito democratico, Jhon Biden, eletto presidente degli Stati Uniti d'America, parlò al popolo di Wilmington. Nello stesso luogo Kamala Harris, la prima donna a ricoprire la carica di vicepresidente degli Stati Uniti tenne un discorso articolato. D'altra parte, la dottissima senatrice del Partito Democratico, in tempi precedenti procuratrice generale della California, ha menzionato espressamente, tra le altre cose, le sostenitrici del diritto di voto per le donne, e, in particolare, ha ringraziato tutte quelle che hanno lottato perché tale diritto dovesse essere dato alle donne di colore Ha indicato da imitare Mary Church Terrell, Mary McCleod Bethune, Frances (Fannie) Lou Hamer, Diana Nash, Constance Baker Motley, Chisholm Shirly's, e ha affermato che tutte le donne americane stanno certamente sulle spalle di queste e di tutte coloro che si sono adoperate per pari e uguali diritti.
---	---